

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Inimicitia m
cum fontibus proximo et primis

Nulle sunt occultiores insidie quam hee,
que latent in simulatione officii aut in aliquo celsitudinis nomine.
Nam eum qui palam est aduersarium facile cauendo uitare possis,

et Troianos equus idcirco fefellit, quia formam Minerue mentitus est.

Seneca in prouerbiis.

Definitio Ciceronis.

Nullae sunt occultiores insidiae, quam eae,
quae latent in simulatione officii aut in aliquo necessitudinis nomine.
Nam eum qui palam est aduersarium facile cavendo vitare possis;

et Troianus equus idcirco fefellit, quia formam Minervae mentitus est.

Pseudo-Caecilius Balbus, *Sententiae philosophorum*, 1
(E. Woelfflin ed., p.37).

Nullae sunt occultiores insidiae quam eae
quae latent in simulatione officii aut in aliquo necessitudinis nomine.
Nam eum qui palam est aduersarius facile cavendo vitare possis;
hoc vero occultum intestinum ac domesticum malum
non modo non existit,
verum etiam opprimit antequam prospicere atque explorare potueris.

Marcus Tullius Cicero, *In C. Verrem orationes sex*, 2.1.39
(G. Peterson ed., n.p., ll.9-15).